Quelle: https://manuscripta.at/?ID=708
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



40

XXXV

Quid hic statis tota die otiosi. Ite et vos in vineam meam. Sicut est iustum dabo vobis. Et illi abierunt. Iterum exiens circa sextam et nonam fecit similiter. Circa undecimam autem exiens invenit alios stantes et dixit illis: Quare hic statis tota die otiosi? Dicunt ei: Quia nemo nos conduxit. Dicit eis: Ite et vos in vineam meam. Cum autem sero factum esset dicit dominus vineae villico suo: Vocabo operarios et redde illis mercedem a novissimis usque ad primos. Cum ergo venissent qui circa undecimam hora acceperunt singulos denarios. Venientes autem primi putaverunt se plus accipere et receperunt singulos denarios. Accipientes autem murmurabant adversus patrem familias dicentes: Hi novissimi una hora fecerunt et pares illos nobis fecisti qui portavimus pondus diei et aestus. Ille autem respondens unum eorum dixit: Amice non facio tibi injuriam. Nonne denarium mihi pactus es? Tolle quod tuum est et vade. Volo autem hunc novissimo dare sicut et tibi. Aut non licet mihi quod volo facere in meis? Aut oculus tuus nequam est quia ego bonus sum? Sic erunt novissimi primi et primi novissimi. Multi enim sunt vocati pauci vero electi.

Quid hic statis tota die otiosi. Ostendit quomodo vinea domini sabaoth domus israel est. Idem ecclesia quae nunc sancta et multi sunt in ea tot sunt vites in vinea domini. Porro est et dicta vinea cuilibet fidelis anima. Ut ait ille: Ut vitis. Quam homo pigri tui sunt. Et vineam meam stulti ad culturam et custodiam hi vineae scilicet fidelis anima. Nec dominus nos conducit. Istam vineam scilicet fidelis anima non est nos. Et si in nobis plantata est quae potest facere dissipat eam. Qui bona facit colit eam. Merces autem operantium est vita aeterna. Quae per denarium designatur. Dignus est enim tanta mercede laborare tendentibus exhibendo dicit dominus. Quid hic statis tota die otiosi. Nobis nichil proficientes. Pecus non sibi ducientes. Do non sui entes. Impotentium non prudentes. Primo sunt otiosi qui nichil sibi proficiunt. De quibus sapientia ait: Otiosi non proficiunt. Sapiam scilicet et disciplinam qui abiciat infelix est. Vacua est species eorum et labores sine fructu et inutilia opera eorum. Quod tamen et ipsa est sapientia qua homo non proficit si est carnalis. De qua ad Romanos. Sapientia carnis inimica est deo et in eodem. Prudentia carnis est mors. Idem est causa mortis et inde sapientia carnis stultitia est omnis. Et carni delicias nutrit et inimicis esca datur. Ita sapientia et prudentia quae pertinet ad divitias et mores mundi fere omnes dicit huiusmodi sapientiam esse stultitiam. Et. Eorum ait sapientia mundi stultitia est. Apud deum et ipse omnes et illi qui tam congregationem divitiarum laudant. Nudus intra ponit. Job. i. Nudus egressus sum de utero matris meae nudus revertar illuc. Ita sapientes et diabolica pertinet ad honorem vel malitiam. Jere. ii. Sapientes sunt ut faciant mala. Et maliciosi et haec etiam stultitia esse omnibus. Cum ille qui voluit esse super alios subditus positus ab hominibus et pecoribus et camelis deceptus. Et ex. xi. Si annis millis vixerit homo et in his omnibus letus fuerit meminisse debet tenebrosi et pluvi mortis et dierum multorum sed ut fuerit quae non habebit finem qui cum venerint vanitatis arguentur praeterita. Cum igitur mihi proficiam per poenitentiam carnis mundi diabolique iam et etiam quae nos in bono gaudiat. Dicit. ij. Per doctrina sua docebit te sed et etiam lux filii dei ore suo docuit. Dicit. ij. Dominus dat sapientiam et ex ore eius prudentia et solo ore eam docuit. Et opere persecutores prudentiae declinando. Joh. viij. Ubi iudei tulerunt lapides ut lapidarent eum. Ipse vero abscondit se et exivit de templo